

Q. N. 544, 76

1761.

Za
5970

Clarissimo atque doctissimo
DOMINO
CHRISTIANO THEODORO
CVLINANDRO

Philosophiae Doctori et septem liberarum
artium Magistro
S. P. D.

M. Gregorius Mirificus *Wunderlich.*
et

M. Paulus de Friberga. *Grundig jun. filius
nata mirificus
Dni Superintendenten
Dewis.*

Doctissime Domine Magister, nos vehementer lacta-
mur super honore, quem Vos nuper accepistis,
cum Vos secundum meritum vestrum, cum omni-
bus solennitatibus et cerimoniais publicae Philosophiae Doctor
et omnium septem liberarum artium Magister factus sitis. Nos
oporteret esse Vestrae amicitiae non dignos, si nos non cum
Vobis gauderemus, et Vobis propterea de toto corde gratu-
laremur, et Vobis in posterum, tam multam fortunam optare-
mus, quam in coelo stellae et in mundo stulti sunt. Hoc
facimus, et gratulamur Vobis propter hunc magnum honorem,
et optamus Vobis Clarissime Domine Magister, ut eo longum
tempus, in statu contento fruamini, et hunc honorem, mox
alius adhuc maior sequatur. Rogamus Vos autem, ut Vos
etiam

BIBLIOTHECA
POMERANIA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

etiam adhuc in posterum nos^{ter} bonus amicus maneat, et non super honore Vestro superbus fiat, nam sicut dicit summus Aristoteles Ethic. L. IV. vera amicitia, cum superbia non potest consistere.

Sed Vos expectabitis certe etiam, ut Vobis aliquas novitates scribamus, et nos volumus Vobis etiam quasdam scribere, ut Vos possitis scire, quomodo cum nobis in his locis stat. Debetis ergo scire Doctissime Domine Magister, primo de me, M. Gregor, Mirifico, quem Vos bene nostis, nam ego sum profecto vester antiquissimus amicus, et saepe, cum adhuc pueri essemus, cum Vobis super equo ligneo equavi, quod ego statum meum mutaverim et tandem officulum acceperim. Nam ante III. menses, dedit gratus Dominus huius pagi, mihi Rectoratum scholae huius loci, seu ego sum scholae magister factus. Primum, cum eum rogarem, ut mihi hanc stationem daret, videbatur ille quidem, non recte hoc habere in voluntate, tamen postea, cum audiissem, quod gratus dominus nulli alii dare velit hanc stationem, quam illi, qui vellet filiam demortui ludimagistri ad uxorem sumere, ibam ego ad eum et dicebam: Gratiöse Domine! oro vos subdidissime, date mihi hanc stationem, nam ego habeo plus quam satis adhuc amplius sine officio vivere, et ego sum etiam non amplius nimis iuuenis, nam nuper iam diem natalem meum quadagesimum

sumum quartum celebraui, et factus sum iam ante nouem annos, septem liberarum artium Magister. Si Vos mihi hanc stationem datis, facile intelligendum est, quod ego postea necesse habeam vnam vxorem sumere, quia non est bonum quod homo solus sit, et ego promitto vobis alte et care, quod ego nullam aliam vxorem sumam, quam virginem Margaretham quae hic in arce est, et mortui ludimagistri filia. Hoc mouit gratiosum Dominum, qui Dn. Veitus de steinbock vocatur, et ille dedit mihi hoc officium cum virgine Margaretha. Iam viuo ego cum officio meo et mea uxore valde bene et contentus. Doceo hic in schola mea, sex horas diei cum omni studio et labore Donatum et Christianismum. Gratosus Dominus venit saepe ad nos, etiam ad uxorem meam, cum qua libenter iocatur si ego scholam teneo, et donat nobis lepores, pisces, aues et alias vtiles res. Sed sicut audio, gratiosa Domina est non contenta, quod ille tam saepe ad nos veniat, et nobis tam multa donet, quod nos tamen tam libenter videmus, nescio cur ea id non libenter videt.

De me M. Paulo de Friberga autem nuntio Vobis, quod ego adhuc in vicinitate pagi Stieringen, in quo Dn. M. Mirificus officium scholaemagistri administrat, in pago Schafshausen liberos patroni huius loci informo, nunc per tres annos, nempe IV. pueros et V. puellas nobiles, qui mihi multum laborem et incommodum faciunt, et tamen pro toto anno non plus accipio quam XVIII. florenos misnicos. Adhibeo omnem laborem et
studium


7a 5970 OK X 316 4057

studium frustra apud hos liberos, pueros, iam per totos tres annos Donatum docui et tamen nondum possunt recte declinare et coniugare, et certe illi sunt ad alias res non stupidi, nam maximus eorum, qui iam mox XVIII. annos est, didicit nuper in paucis diebus a stabuli seruo, illud musicum instrumentum, quod in his locis valde in vsu est, et der Dubelsack, vocatur. Ego sum apud meam vitam summe pertaesus hoc modo adhuc diu viuere, nam habeo nullam spem aliquando vnam stationem a Domino meo accipere, quia Pastor et ludimagister huius pagi adhuc valde iuuenes sunt, et nondum in voluntate habent mori, et dominus tamen nullum alium locum quam hos duos habet ad condonandum. Peto ergo cum omni reuerentia a Vestra Claritate, vt benignitatem et amicitiam pro me habere velitis et si Vobis, vna occasio proueniret, vt ego tandem procurari possem, illud mihi nuntiare et me recommendare velitis.

Nos oportet Vobis quoque nuntiare nouitates doctas, quae in celebri huius regionis academia acciderunt. Dn. Mag. Bavarus in ea Academia mox edet, nouam editionem Summulae Magni Petri Hispani, cum Commentis suis doctissimis, et vtilissimis, et Donatum de partibus orationis, in elegantissima metra versum. Sed est satis,

Valete igitur, o Vir Clarissime! Nos amamus Vos vehementissime. Amate tamen nos etiam cum ea gratia, quam nos amamus Vos. Scriptum ex Sueuia.

20



B.I.G.

Farbkarte #13

Q.N. 544, 76

1761.

Za
5970

Clarissimo atque doctissimo
DOMINO
CHRISTIANO THEODORO
CVLINANDRO

Philosophiae Doctori et septem liberarum
artium Magistro
S. P. D.

M. Gregorius Mirificus *Wunderlich.*
et

M. Paulus de Friberga. *Grundig jun. filius*

Doctissime Domine Magister, nos vehementer laeta-
mur super honore, quem Vos nuper accepistis,
cum Vos secundum meritum vestrum, cum omni-
bus solennitatibus et cerimoniais publice Philosophiae Doctor
et omnium septem liberarum artium Magister factus sitis. Nos
oporteret esse Vestrae amicitiae noni dignos, si nos non cum
Vobis gauderemus, et Vobis propterea de toto corde gratu-
laremur, et Vobis in posterum, tam multam fortunam optare-
mus, quam in coelo stellae et in mundo stulti sunt. Hoc
facimus, et gratulamur Vobis propter hunc magnum honorem,
et optamus Vobis Clarissime Domine Magister, vt eo longum
tempus, in statu contento fruamini, et hunc honorem, mox
alijs adhuc maior sequatur. Rogamus Vos autem, vt Vos
etiam

*nati mississary
Dni Superintendent
Dentis.*

BIBLIOTHECA
POMERANIA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)